GREGORIUS MAGNUS. LEO MAGNUS
1. Viertel 12. Jh. Seite 67r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



re iudea cū fidelis fuerit tribulationes persecutionis portet. Dum
enim unigenitus summi patris incarnatus ac mortuus. resurrex
isse atq; ad cęlos ascendisse n̄ creditur: sic̄ ꝑ sacrę scripturę paginas
p̄dicatur: nimirū apud eos ꝓphetia ligata erat. Quę si ita ut dicta
ē in eoꝝ intellectū decurreret quasi liberos gressus habuisset suę
p̄dicationis. Reꝓbis g̊ tunc p̄dicatoꝝ scientia tacere cōpellit̄. Unde
et hic subdit̄. Et linguā tuā adherere faciā palato tuo. et eris mu
tus. nec quasi uir obiurgans. quia domus exasperans ē. S; quia
enoch et helia p̄dicantib; multi ex his qui ex iudeis tunc in infideli
tate remanserint ad cognitionē ueritatis redeunt. sic̄ de eodē helia
dr̄. Helias ueniet et ipse restituet omā. qui utriq; ꝑ hachariā duę oliuę.
et ꝑ iohm duo candelabra nominant̄. Recte hic quoq; subiungit̄.
Cum aut̄ locutus fuero tibi aperiā os tuū. et dices ad eos. Hęc dic̄ dn̄s
ds̄. Tunc enim uelut in extremo os ꝓphetę aperitur: cū in p̄dica
tione enoch et helię iudeis ad fidē redeuntib; ꝓphetia sacri eloqi
de xp̄o fuisse cognoscitur: S; quia hęc typice diximꝰ. nunc uer
ba eadē caritati urę moralit̄ disseramus. Quid ē enim quod exire
ꝓpha ad campū iubet̄. nisi quod unusquisq; qui p̄dicat. ꝓpt̄ eos
quos extra se positos corrigit atq; ab iniquitate cōpescit. loquen
do ad campū exit. ibiq; dn̄i glām uidet. quia tanto largius do
ctrinę grām ꝑcipit. quanto se in labore p̄dicationis ex amore
ꝓximoꝝ tendit. Foras g̊ exeundo in altā uisionē ducit̄. quia un
de in alienis cordib; ignorantię cecitatē ministerio suę locutio
nis illuminat. inde eum supna grā in altiori intelligentia ex
altat. S; quia semꝑ p̄dicator debet ad mentē recurrere. humili
tatem atq; munditiā intrinsecus custodire. post campū necesse
ē ut ad domū redeat. quatinus in his quę dicit qualis et iā ipse sit
intra c̄scientiā cognoscat. Si enim aut hoc quod loquit̄ minime cu
stodit. aut de his quę loquit̄ temporale glām requirit. loquendo
quidē ad campū exit. s; n̄ cogitando (noscen) semetipsū ad domū redire con
tempnit. Accepto enim spū in medio domus includit̄. quando ꝑ eiꝰ
grām ad discutienda mentis nr̄ę secreta reuocam̄. ut apud semetip
sum in dō animus quiescat. et n̄ iam ꝑ exteriores c̄cupiscentias in
appetitu laudis et glę cogitationis mobilitate discurrat Cap̄. c. xxxii.